

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5379

Auteur(s) : Jeanne d'Omonville, veuve du chevalier Sanson Foliot [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1264, décembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Jeanne d'Omonville, veuve de Sanson Foliot, chevalier, vend au chapitre de Coutances pour vingt-quatre livres tournois une rente de vingt-trois boisseaux de froment, mesure d'Orglandes, que lui doit Julien Pais sur une tenure d'Orglandes où il habite. Elle vend également au chapitre une pièce de terre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 141, p. 268-269.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego, Johanna de Osmonvilla, uxor quondam Sansonis Foliot militis defuncti, tempore viduitatis mee vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi canonicis ecclesie Beate Marie Constantiensis, pro viginti quatuor libris tur. quas propter hoc ab eis recepi, scilicet viginti et tres bussellos frumenti ad mensuram de Orglandriis, quos michi debebat et reddebat annuatim ad festum sancti Michaelis Julianus Pais de parrochia de Orglandres de toto tenemento quod de me tenebat dictus Julianus in dicta parrochia quod tale est, videlicet mesnagium in quo manet dictus J[ulianus] ; item quedam pecia terre sita inter mesnagium quod fuit Eustachii dicti Fabri ex una parte et Petri Hopequin ex altera ; item alia pecia terre sita inter La Jusquise ex una parte et terram Thome de Silleio ex altera ; alia pecia terre sita de sub Alneto juxta terram Johannis Prepositi ; alia pecia terre sita apud montem de Boschis juxta terram Ricardi de Orglandres ; alia pecia terre sita in Valle clare Aque juxta terram Roberti Valterii ; alia pecia terre sita apud Balnea Quensel juxta terram Roberti Maleherbe ; alia pecia terre sita apud Lez Buchos juxta terram Stephani Pichart ; alia pecia terre sita in Vale Symonis Crout et butat ad fossatum Peurel et quatuor gallinas et tres panes cenomanensis ad Natale Domini, que michi debebat et reddebat annuatim dictus Julianus de predicto tenemento ; vendidi eciam predictis canonicis quandam peciam terre sitam in clauso Bequelin juxta queminum ; habendum et percipiendum et reddendum in perpetuum decetero annuatim canonicis predictae ecclesie libere, pacifice et quiete per manum predicti Juliani et heredum ipsius, quem ad hoc eis attornavi et dimisi, cum homagio et omni alio jure quod ego seu heredes mei habere poteramus in predicto tenemento, sine reclamacione et contradictione aliqua mei et heredum meorum. Juravi etiam supra sacrosancta evangelia omnia supradicta predictis canonicis fideliter observare ; et tenemur ego et heredes mei garantizare et deliberare contra omnes bona fide vel alibi in proprio hereditagio nostro valore ad valorem sibi excambiare, si forte garantizare non possemus. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno graciae M° CC° LX° quarto, mense decembris.